

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXXV

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

rat, interminatur, in ejus murorum ac propugnaculorum disruptione ponendum v. 5. **רָפָץ** actus rapiendi est, *raptus*, Dan. XI, 33. Esr. IX, 7. item metonymice *raptum, rapina, praeda, ablata vel auferenda* Esth. IX, 10. 15. 16.

§. XXXV.

נחך p. 118. Parva est differentia litterarum radicalium, et soni inter hanc et in Lexico præcedentem radicem; modo observetur, 3. radicalem *Nun* cum *Resch*, tanquam lingualem cum dentali permutari. Hinc mirum non est, utriusque eandem esse *probandi* et *probatum eligendi* notionem. In *Symbol.* nostris ad *Systema Philol. Hebr.* P. I. p. 57. jam observavimus apud Arabes radicem **نح** in Conjug. V. significare *alte demergi in scientia partes, doctrinam ostendit*; quæ significationes *probandi* notionem, qua hebraica radix pollet, a modo illustrant, in adcurato et exquisito examine rei probandæposito. **נחך** ergo est, ita *explorare* aliquid, ut in ejus partes distinctas *penetretur* mentis judicio, et inde probatio rei proveniat. Hinc Eccles. IX, 4. **נחך** *recte defenditur, si sensus ita formetur: nam quicumque alte penetrat se in omnes viventes, eosque singulos explorat, invenit esse confidentiam seu securitatem.* Additur: *nam cani vivo hoc melius est, quam leoni mortuo.*

§. XXXVI.